

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6758

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Troarn, Saint-Martin (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1155-1158]

Lieu d'émission : Worcester

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation des biens appartenant à l'abbaye de Saint-Martin de Troarn.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° LXXIV, t. 1, p. 176-178.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 1, p. 176.

Texte établi d'après a

H., rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, justitiis, baronibus, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis totius Anglie, Francie et Anglie, salutem.

Sciatis me concessisse et confirmasse Deo et Sancto Martino de Troarno, et monachis ibidem Deo servientibus, pro salute anime mee et omnium antecessorum meorum, omnes terras suas et libertates et consuetudines quas habuerunt in regno Anglie tempore Willelmi regis et Henrici regis predecessorum meorum, scilicet: Horsleiam cum omnibus pertinentiis suis, quam predictus Willelmus proavus meus eis in elemosinam dedit, ita solutam et quietam ne servientes mei de Cirecestria aliquid in illa percipiant, sicut idem rex Willelmus per litteras suas illud idem prohibuit ; et Rochentonam et Haringeiam cum pertinentiis, quas comes Rogerus Salopesberiensis eis dedit ; et tres hidas terre, quas Herlewinus eis dedit apud Walteham, et decimas de Grafan et de Estrementona, et II. mansuras in Cicestria, et decimam de Mersetona, quam Oismelinus eis dedit ; et ecclesiam de Mundreham quam Turstinus de Fontanis eis dedit ; et decimas de Notburna, quas Radulfus Bastardus eis dedit ; et decimas de Olfan, quas Atso eis dedit ; et ecclesiam Sancti Andree de Witeneher cum terra sacerdotum et decimis que ad ipsam villam pertinent ; et ecclesiam de Mapeldra cum terra presbiteri et terra unius carruce cum pratis eidem terre adjacentibus et decimis ejusdem ville ; et ecclesiam de Mollanda cum sacerdote et decimis ipsius mansionis et terra ad unam carrucam terre cum pratis, et tres hospites cum terra sua, et in Espichewich I. hospitem, et ecclesiam de Warocleia cum decimis, que omnia Robertus de Romeilleio eis in elemosinam dedit. Et preter hoc volo et precipio quod X. hide de Horseleia se adquietent pro VII. hidis de omnibus geldis et omnibus rebus, sicut rex H. eis concessit et carta

sua confirmavit. Preterea concedo eidem ecclesie Sancti Martini de Troarno terram et domos in Wintonia, quas Johannes Marescallus eis dedit in elemosinam, quas idem Johannes tenebat de feodo Sancti Petri de Hida. Quare volo et firmiter precipio quod predicta ecclesia Sancti Martini de Troart., et monachi ibidem Deo servientes, hec omnia predicta habeant et teneant, ita bene et in pace, et libere et quiete et honorifice, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in viis et semitis, in aquis et molendinis, in burgo et extra et in omnibus locis, cum omnibus libertatibus et consuetudinibus et quietantiis predictis terris et tenementis pertinentibus, sicut unquam melius, liberius, quietius, honorificentius tenuerunt tempore Willelmi regis proavi mei et Henrici regis avi mei, et sicut eorum carte testantur et sicut carte predictorum donatorum testantur. Et sint ita quieti de sciris et hundredis et placitis et querelis, sicut fuerunt tempore predictorum antecessorum meorum regum Anglie.

Testibus : t. cancellario, R. comite Cornubie, H. de Essex constabulario, Ricardo de Humez constabulario, Warino Filio Geroldi camerario, Manassero Biset dapifero, Jocelino de Bailolio.

Apud Wigorniam.